

SYMBOLUM vocatur fidei hac & spei Christiana-
na confessio, duabus de causis.

1. *Quia instar signi militaris est.* (Id enim
vox denotat.)

Ut enim thesserâ hac ejusdem Impe-
ratoris milites sese mutuò agno-
scunt & ab hostibus ea discrimi-
nantur: Sic commilitones agno-
scimus, quotquot fidem hanc
non simulatè profitentur; dis-
sentientes verò hostes. ut Cy-
prianus & alii.

Milites symbolo suo testantur cui mi-
litant, & cujus sunt hostes: ad
eundem modum militantes sub
vexillo Jesu Christi, hac fidei cõ-
fessione testantur se servire Deo
Patri, Filio, & S. S. hostes verò
esse Sathanæ mundi & carnis o-
peribus.

2. *Quia instar collationis sive symbola est,
quod confertur ad convivium.*

Ut enim compotores subducta ra-
tione, omnes conferunt ad con-
vivium: Sic (S. Cypriani & Au-
gustini sententia) Apostoli in di-
versas terras profecturi, hanc fi-
dei formam in commune con-
tulerunt & composuerunt; ut
nemo illorum ἀσύμβολος esset.

Hinc D. Irenæus Symbolum vocat tra-
ditionem Apostolorum.